



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 64. Tarraconensis Cardinalis Basileam venit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

contextum ab iis, quæ continebat, ad ^{Sæcul. XV.} agitatum quæstionem deflexit, de suo ^{A. C. 1439.} subjungens, quod Eugenii Papæ Nuntii in Gallis novam hanc doctrinam, scilicet Papam Synodo esse superiorem, quaqua- versus disseminarent, nisi ergo opportuno medio in tempore occurratur, ejusmodi opinio latius sese diffundens brevi in cordibus populi altas ageret radices: Synodi, prosequebatur, potissimum interest, malo grassanti remedium afferre, quo tamen nullum magis præsentaneum est, quam si ex illis octo Conclusionibus antea stabilitis saltem tres primæ acceptarentur. Hæc verba magno suorum applausu, atque encomio excepta fuere, & Cardinalis nomine totius Synodi rem conclusam pronuntiavit.

§. LXIV.

Cardinalis Tarraconensis Basileæ.

Eodem die Cardinalis Tarraconensis Basileam venit, quem, ut ut generali Congregatione antea absentem Catalani tamen & Longobardi præveniunt, ejusque animum oppugnant, ac crebra cum eo colloquia miscentes deliberant, qua via Papæ Eugenii auctoritas vindicari posset; *nonnullis eorum omnino deserendum concilium videbatur, aliis vero persistendum, Æn. Sylv. loc. cit.* *omnique nisu resistendum, ne quid ulterius*

Sæcul. XV. *adversus Eugenium fieret, eaque inter eos*
 A. C. 1439 *sententia vicit.*

Sabbato die vigesima quinta Aprilis Archiepiscopus Lugdunensis, & Episcopus Burgenfis Prælatos in Ecclesiæ Cathedralis choro congregatos diu nimis detinebant, de necessitate pacis Synodo reddendæ agentes. Censuit Burgenfis Episcopus legationem esse decernendam, quæ Archiepiscopo Lugdunensi plena idcirco auctoritate instruendo committeretur. Verum rursus in diversa abierunt congregatorum sententiæ, quibusdam Burgenfis consilium approbantibus, aliis fortiter obstrepentibus, omnibus demum haud abs re judicantibus, actum esse de concordia, donec illi, qui huic paci adversarentur, se suorum errorum penitentia duci testarentur. Igitur hæc congregatio eventu suo caruit. Postera die Dominica, quæ erat vigesima sexta Aprilis, Episcopus Burgenfis, ceterique Longobardiæ, & Catalaniæ Præsules Nationem Germanicam, urbisque Senatores convenerunt, eos hortaturi, ut imminenti schismati obicem ponerent. Germani se deputationum (uti vocabant) sententiam expectaturos respondebant, Senatores vero dixerunt, hoc negotium sui fori haud esse, sed ejusmodi malis providere, proprium esse Synodi officium, cujus Patres longe doctiores atque prudentiores esse judica-

dicarent, quam ut media, quæ opportu- Sæcul. XV.
 ne adhibenda, ignorare crederent: si fides A. C. 1439.
 periclitari videretur, & se juncta cum
 Synodo opera occurrenti necessitati se-
 dulo prospecturos, de cetero sui muneris
 duntaxat esse, membra Concilii defendere,
 & fidem publicam inviolatam tueri. Hoc
 responso Burgensem Episcopum dimise-
 runt.

§. LXV.

*Octo conclusiones in Congregatione
Generali acceptandæ.*

Interea Basileenses normam decreti post-
 ea promulgandi unacum illis octo Con-
 clusionibus, quæ prius memoratæ & a
 deputationibus approbatæ fuerant, tran-
 scribi curarunt. Verum ita exigente Sy-
 nodi lege, omnino necesse erat, ut hæ
 ipsæ conclusiones a duodecim Viris ad
 hoc denominatis prælegerentur, nec-
 non Sessio celebraretur, in qua illæ actis
 Synodalibus infererentur. Ceterum Ba-
 fileensibus hoc negotio occupatis, & de-
 creto mature examinato, demumque ad
 limam revocato, Principum Oratores Mo-
 guntia redibant, atque habitis inter se
 crebris collationibus, illius promulgatio-
 nem omnibus viribus impedire statuebant.
 Nihilominus Basileenses Oratorum confi-
 lia edocti, Congregationem Generalem ad
 diem Sabbati nonam Maji indixerunt.

Magna

inter eos
 a Aprilis
 pifcopus
 e Cathe-
 imis de-
 odo red-
 nis Epis-
 am, quæ
 a idcirco
 tteretur.
 c congre-
 Burgem-
 aliis lo-
 demum
 a esse de
 paci al-
 n peni-
 æc con-
 stera die
 ta Apri-
 e Longo-
 ationem
 s conve-
 ati schis-
 ni se de-
 ciam ex-
 res vero
 aud esse.
 proprium
 res lon-
 esse ju-
 dica-